

# COMMUNES OPINIONES,

S I V E

*RECEPTE AE IVRIS UTRIVSQUE  
sententia, in quibus varia prudentum responſa, & quæſtiones,  
que hactenus in plures tomos digeſta legebantur, hoc  
in volumen unicum congeſta habentur.*

His accedit parium, ſive ſimilium quæ paſſim in iure  
reperiuntur Enchiridion.

*Ad hec Antonij Gabrieli Communes conclusiones, nunc primum in lucem editas,  
adieciimus, cum copioſiſimo verum, ac verborum Indice.*

Iurisconsultorum nomina, qui hoc totum opus confecerunt,  
proxima pagina indicabit.



L V G D V N I,  
APVD HERedes IACOBI IVNCTÆ.

M. D. LXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



# CLARISSIMO VIRO, ET PERILLVSTRI

MICHAELI ANTONIO SALVTIO, MANTAE

Domino, apud Christianissimum Regem amplissimi  
ordinis equiti, Legionariorum militum trans-

Alpes, ac Lugdunensis arcis Re-  
gio praefecto, Philip-  
pus Tinghius,

S.P.D.



*NTER alias artes omnes, que maioribus  
nostris incognita, patrum nostrorum memo-  
ria inueta, ac perfecta à nobis absoluteq; sunt,  
una esse praelarisima existimatur, librorum  
excedendorum ars. Siue enim quis spectare  
velit, que commoda, atque usus sint per eam  
vnam hominibus importata: siue quam facile  
suum munus, quamque eleganter, venustèque conficiat: cum eo ipso  
perfungendo munere, maxime vita hominum excolenda consulat.*



# I V R I S C O N S V L T O R V M

N O M I N A , Q V O R V M I N D V S T R I A

& diligentia collectæ sunt huiusmodi  
receptæ sententiæ, Commu-  
nésque opiniones.



- Franciscus Viuius ab Aquila Perusinus. — pag. 204 *comun. opin.*
- Ioannes Baptista Villalobos Tolletanus.
- Ioannes Fichardus.
- Franciscus Turzanus ab Incisia.
- Ioannes Bellonus Tolozanus.
- Emanuel Soarez à Ribeira. — pag. 426.
- Matthæus Gribaldus Mopha.
- Franciscus Riuius.
- P. Fichardus Clarom.
- Iodocus Damhonderius Brugensis. — pag. 581. *trac. parvum. anti-*  
*litterar.*
- Erasmus Musculus Hauriensis. — pag. 679.
- Benedictus de Capra. — pag. 800.
- Iulius Clarus. — pag. 871.
- Antonius Gabrielius. *Dopravunt. et detestab.* pag. 929
- Mariani Socin. *comun. opininum.* — pag. 679.

M A Y 19 0 1 4 M D C C

# COMMUNIVM OPINIONVM, SIVE SENTENTIARVM

RECEPTARVM, LIBER  
PRIMVS.



B B A S solus potest hereditatem vel legatum monacho delatum absque eius consensu repudiare, secundum Cyn. & Jacob. de Aret. in l. Deo nobis. C. de episto. & cleric. Bart. in l. tutor. in fi. ff. de honor. poss. Bald. in l. j. in x. quæst. C. qui admit. Paul.

Castren. & Alexand. num. 1. in l. legatum seruo. ff. de lega. j. & Canonistas omnes in ca. in præsentia. de probatio. quia Monachus ipse per se non dicitur habere velle, neque nolle. cap. si religiosus. de elect. in vj. sed omne suum velle dependeret a velle Abbatis: cum monachus proficendo, sicut propriis renuntiavit, ita voluntati sui renuntiasse censetur, vouendo illa tria substantialia regulæ. c. nullam. xvij. q. ij. Et opinionem istam astenerat esse magis communem. Alexand. in d. l. legatum seruo. num. 2. & in l. j. nume. 24. ff. de vulga. & pupi- substit. numero 14. & veriorem dicit. Pontates in addit. ad Bart. in d. l. tutor. & Augustinus Bernius in cap. Raynutius. nume. 384. de testa. Contrariam verò partem, videlicet, quod monachus in acqui- rendo, magis seruo quam filio equiparetur, cuius certè factum omnino requiratur, & domino præ- dicare possit, tenent omnes Legistæ & Inno. in c. cum olim. de priuile. Spe. in tit. de statu mona. §. j. verific. viij. quæcitur. Bartol. in l. cum heredes in princ. ff. de acquir. possel. Bal. & Rom. in l. j. C. qui admitti. Ange. in l. Papinianus, in princ. ff. de acq. hered. Bart. Bald. & Fulgos. in l. his. in princip. C. de bonis quæ libe. & Rom. in l. is qui heres. in fi. ff. de acquir. heredit. & ita tenent cæteri Legistæ magis communiter in locis prædictatis, & illam esse ma- gis communem sententiam Legistarum facit men- tionem Beroius in d. cap. Raynutius. num. 18. circa medium, & num. seq. circa fi. Sed, omissa omni disputatione, prima opinio videtur verior, com- munior, & tutior in actu prædicto, quam legendo, consulendoque sequutus est Beroius, ut ipie cen- suit in d. cap. in præfentia, num. 1. 5. & in d. cap. Ray- nutius. Et ista communis ita amplexa interpreta- tur vtiliter non habere locum in Præfato qui he-reditatem, seu legatum ecclæsiæ delatum repu- diare nullo pacto potest absque capituli con- sensu, quia huiusmodi repudiatio dicitur esse aliena- tio, secundum Bald. in l. pupillorum. C. de repud. heret. & in l. contra §. j. ff. de pact. Paul. de Cast. in d. l. legatum seruo. Anchæ. & Imo. in c. j. de rebus ecclæsiæ. non alien. & alios relatos per Alex. in d. l. legatum seruo, vbi supponit istorum opinionem

esse magis communem contra Federic. de Senis, cons. ix. contrarium assuerantem. F. Vitius. A BSEN S causa reipublicæ restituitur ad appelle- landum. Franc. de Aret. consil. cl. nume. 7. com- munem dicit. Io. Bapt. Villalobos.

A D D I T I O . I. Fich.

Ratio est, quia absens ex causa probabili, vo- luntariè non dicitur absens. Rebus in trac. de pri- uileg. schol. Priuile. lxxvij. nume. 1. & ob tale impe- dimentum non currit tempus, glo. in verb. po- dationei. clem. sepe. §. & quia de ver. sig. Vulcur. in l. si finita. §. Julianus. num. 88. ff. de dam. infec. Si verò partim causa Reipublicæ, partimque ex sua causa propria fuerit absens, considerabitur quod principaliter obseruabat, per l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & in terminis Ias. in l. non solum. §. si cum iure. nume. 1. ff. de no. oper. num. glo. in verb. negotij. in l. nō verè. ff. ex quib. cau. maio. & Tira- de retrac. music. §. ax. in glo. j. nume. 6. Si autem dubium fuerit, presumitur suum principale mo- tivum fuisse pro suo facto priuato, ut nota. Bal. in c. dilecti. nume. 4. de appell. Vnde voluntaria ab- sentia diceretur, que restituentia impediunt vide- tur. Paris in consil. xcix. Adria. nu. u. & seq. vol. iiiij. & tex. in l. & qui data. ff. ex quib. cau. maio. Sed an, & quando & quomodo absentia excusat, & que sit causa ad testituen. & an absentia vel præsentia præsumatur, & quando incipiat currere tempus, per Bero. in c. j. vbi per plures, num. 1. de in integr. restit. Tiraquel. in eod. trac. §. xxv. in glo. iiij. nu. 1. & an semper restitutio executione impediatur, ali- qua per M. Ant. Bardum Senen. in Tract. de tem- pore utili & continuo, in cap. v. num. 1. & 2.

Concordat cum hac l. communi, l. x. titu. xxij. parte iiij. & cum hac l. & cum communi concordat l. fi. C. de restitu. milit. que videtur limitari per l. is qui reipublicæ causa. ff. ex quib. cau. maio. cum absens dimisit procuratorem, qui illum indecen- sum reliquit, quia tunc non restituitur, quod planè est contratenet. in l. sed eti. per Prætorem. §. hæc clausula. ff. cod. quas leges concordat glo. dicens l. is. qui. habere locum, quādo procurator est solu- endo, altera autem cum non sit soluendo, quam solutionem Joan. Mai. in Tract. de restit. in integr. cap. ccclij. repellit. Et concludit, quod si absens dimisit procuratorem idonem, qui non appellauit, restituitur si autem non erat idoneus, non re- stituitur, quas solutiones nostra communis opini- oni & Aret. non tenent. Alias dicunt indistincte restitui, & ultra id videtur innuere, quod si dimisit procuratorem, non sit necessaria restitutio: sed quod opotet appellare intra decem dies post aduen-